



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXI. Markgraf Ludwig der Römer belehnt die von Heinsberg mit dem
Schulzenamte zu Arenswalde, am 1. März 1352.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

dam, Sic tamen, quod premifforum habitacionis ac expenfarum distinctio predictae collationi communi non debeat aliquod in perpetuum nostri nomine preiudicium generare. Pro qua quidem collatione prenominati nostri fideles nobis in L marcis argenti Brandenburgensis et monete nobis satisfecerunt, de quibus ipsos quitos dicimus penitus et solutos. In cuius etc. Testes Viricus comes de Lyndow, Hen. de Wedel, Petrus de Bredow, Hermannus de Redern, Johannes de Rochow, Wulff, de Saczenhofen, Bergarius de Helen, Hufener et Morner protonotarius. Datum ante Bernow, Anno M^o. CCC^o. L^o. dominica ante Mathei apostoli.

Aus einer von Hackwitz'schen Abschrift.

XXX. Markgraf Ludwig verzeuget dem Jacobi-Altare in der Pfarrkirche zu Arenswalde einen Garten, am 19. September 1350.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. divine remuneracionis intuitu, ob id, quod diuinus cultus per nos adaugeri videbitur, damus et iusto appropriacionis titulo donamus altari sancti Jacobi apostoli, fundato in ecclesia parochiali opidi nostri Arnsbold, ortum dictum valle, ante opidum dictum, solventem annuatim duo talenta cum dimidio talento denariorum brandenburgensium, sic quod idem ortus cum sua saluacione premissa ad memoratum altare debeat pacifice pertinere curricula temporum sempiternis, Renunciantes etc. in cuius etc. testes Lochen, Hufener, Saczenhofer, Helen Ambo. Datum ante Bernow, Anno MCCCL. dominica ante Mathei.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 130. und einer Hackwitz'schen Abschrift.

XXXI. Markgraf Ludwig der Römer befehlet die von Heinsberg mit dem Schulzenamte zu Arenswalde, am 1. März 1352.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. contulimus et conferimus viris Nicolao sculteto Arnoldo et Matheo pratriis, dictis de Heynsperg, nostre civitatis Arnswolde civibus, fidelibus nostris dilectis, ipsorum quoque viris et legitimis heredibus iudicium ac officium prefecture civitatis eiusdem, cum singulis ac uniuersis pertinenciis eiusdem, videlicet iudicio et officio prefecture de iure vel ex debito spectantibus qualitercunque nominatis et quocunque situatis et specialiter IIII frusta annuorum reddituum in censu manforum et unum fertonem in censu, vulgariter Rudentyns dicto, premissae civitatis sita et lacum dictum Santzich, in campis predictae nostre civitatis situm, cum singulis pertinenciis, pretactum censum et lacum pertinentibus, nec non cum singulis ac uniuersis usufructibus, commodis, iuribus et honoribus premissis adiacentibus manu coniuncta perpetuis temporibus a nobis dicto pheodi titulo tenendum et sine inquietacione qualibet

quiete et pacifice possidendum. Presentibus H. et G. filio suo de Swartzburg, Johanne de Kothbuis, Lochen, Loterpeck, Ost, Johanne de Wedel, Ottone Morner preposito Soldinenfi, cum ceteris. Datum Anno MCCCLII. feria VII^a. ante dominicam reminiscere, Soldin.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staats-Archives f. 185.

XXXII. Ludwig der Römer befreit das Kloster Marienwalde und seine Gutseingesessenen auf zehn Jahre von allen Abgaben, am 3. Juni 1352.

Ludovicus Romanus etc. honorabili viro fratri heinrico Abbati vel qui pro tempore fuerit et conventui monasterii Marienwolde, ordinis cisterciensis, Caminensis dioeceseos, devotis suis dilectis gratiam et omne bonum. Ad relevandum egestatis et inopie onera, quibus vos perplexos fore novimus, vos et vestros subditos colonos et pauperes quoscumque in bonis vestri monasterii residentes a festo beati martini proxime veniente ultra per decem annos continuos ab omni donacione et onere cuiuscunque servitutis et tallie qualitercunque nominate nobis faciente, precariis denariorum et frumenti et servitio curruum, presentibus liberamus, sic quod nec nobis nec ulli officiatorum nostrorum ad aliquam donacionem, nec servitum, dictis decem annis durantibus aliquatenus teneantur. Volentes eciam quod homines et rustici novalium vestrorum, si qua alias excolueritis et plantaveritis, istis decem annis in vestra proprietate sine lesione qualibet eciam ipso durante tempore gaudere predicta libertate gracia potiri potuerint et debent. Si tamen contingat, nos infra spacium predictorum annorum stare in castris et expeditionibus nostrorum vasallorum contra inimicos nostros, ad expeditionem nostram cum subsidio indigeamus abbatis claustrum et monasterii predicti, id nostre voluntati et gracia libere reservamus. Propterea ob reverenciam omnipotentis dei et salutem animarum nostre et progenitorum nostrorum ad emendacionem vestri claustrum omnia jura et libertates, que vel quas ab antiquis olim marchionibus predecessoribus nostris habuistis, vobis presentibus nunc deo famulantibus ac futuris presentibus confirmamus. Infuper eciam volumus, si predicti abbas et fratres aliqua bona in proprietatibus suis emerint et redimerint in futurum, quod eadem bona sub omnibus iuribus, gracijs et honoribus supra dictis debent pacifice sempiternis temporibus possidere. Presentibus Hinrico et Gunthero comitibus de Swartzburg et Johanne Kothbuis. Datum Tankow, Anno MCCCLII., in die trinitatis.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 88.